



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ivlīi Capitolīni Verivs Imp. Ad Diocletianvm Avgvstvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

Sexta die uocatis amicis, & ridens res humanas, mortē autē contemnēs, ad amicos dixit, Quid me fletis, & nō magis de pestilentia & cōmuni morte cogitatis? Et cum illi uellent recedere, ingemilcēs ait, Si iam me dimittitis, uale uobis dico, uos precedēs. Et cum ab eo quæreretur, cui filiū cōmendaret, ille respōdit, uobis, si dignus fuerit & dijs immortalibus. Exercitus cognita mala ualitudine uehementissime dolebant, quia illum unice amauerunt. Septimo die grauatus est, & solum filium admisit: quem statim dimisit, ne in eum morbus trāsiret. Dimisso filio, caput operuit quasi uolens dormire, sed nocte animā efflauit. Fertur filiū mori uoluisse, cum eum talē uideret futurū, qualis extitit post eius mortē, ne ut ipse dicebat similis Neroni, Caligulæ & Domitiano esset. Crimini ei datum est quod adulteros uxoris promouerit, Tertullū & Utiliū & Orphitum & Moderatū ad uarios honores: cū Tertullum etiā prandentē cum uxore deprehenderit: de quo mimus in scēna præsente Antonino dixit, cū stupidus nomen adulteri uxoris à seruo quæreret, & ille diceret, Tertullus: & adhuc stupidus quæreret, respondit ille, Iā tibi dixi, Tertullus dicitur. Et de hoc quidē multa populus, multa etiā alij dixerunt, patientiā Antonini incusantes. Ante tēpus sanē mortis priusq̄ ad bellum Marcomanicum rediret, in Capitolio iurauit nullum senatorē se sciēte occisum: cum etiā rebelliones dixerit se seruaturū fuisse, si scisset. Nihil em̄ magis & timuit & deprecatus est, quā avaritiæ famā: de qua se multis epistolis purgat. Dederunt & uitio, quod ei uictus fuisset, nec tā simplex, quā uideretur, aut quā uel Pius, uel Verus fuisset. Dederūt etiā crimini quod aulicā arrogantiam confirmauerit, submouēdo amicos à societate cōmuni & à cōiuijs. Parentibus consecrationē decreuit. Amicos parētum etiā mortuos statuis ornauit. Suffragatoribus nō cito credidit, sed semper diu quæsiuit quod erat uerum. Enisa est Fabia, ut Faustina mortua, in eius matrimoniū coiret: sed ille cōcubinā sibi asciiuit procuratoris uxoris suæ filiā, ne tot liberis superduceret nouercā.

Patientia, p
lenitate.

Fortasse, effi
ctus legēdū.

I V L I I C A P I T O L I N I

VERVS IMP.

A D D I O C L E T I A N V M
A V G V S T V M.

CIO plerosq̄ ita uitā Marci ac Veri, literis atq̄ historia dedicasse, ut priorē Verū intīmādū legētibus daret: nō imperandi secuti sunt ordinē, sed uiuēdi. Ego uero, quod prior Marcus imperare cœpit, deinde Verus, qui superstite periit Marco, priorem Marcum, dehinc Verum credidi celebrandum. Igitur L. Ceionius Aelius Cōmodus, Verus Antoninus, qui ex Hadriani uolūtate Aelius appellatus est, ex Antonini coniunctione Verus & Antoninus, neq̄ inter bonos, neq̄ inter malos principes ponitur, quem constat nō obruisse uitij

Opinor legē
dū obrutū
fuisse.
nec

nec abundasse uirtutibus. Vixisse deinde non in suo libero principatu, sed sub Marco in simili ac pari maiestatis imperio. A cuius secta, lasciua morū & uitae licetioris nimietate dissensit. Erat enim morū simplicium, & qui ad umbrare nihil posset. Huic naturalis pater fuit, L. Aelius Verus, qui ab Hadriano adoptatus, primus Caesar est dictus, & in eadem statione constitutus perijt. Aui ac proauī & itē maiores plurimi consulares. Natus est Lucius Romae in praetura patris sui, decimo octauo Calendas Ianuarias, die quo & Nero qui rerum potitus est. Origo eius paterna pleraque ex Etruria fuit, materna ex Fauentia. Hac profapia genitus, patre ab Hadriano adoptato, in familiam aliam deuenit: mortuoque patre Caesare, in Hadriani familia remansit. A quo Aurelio datus est adoptandus, cum sibi ille Pium filium, Marcum nepotem esse uoluisset, posteritati satis prouidens: & ea quidem lege, ut filiam Pij Verus acciperet: quae data est Marco idcirco, quia hic ad hoc impar uidebatur aetate, ut in Marci uita exposuimus. Duxit autem uxorem Marci filiam Lucillam: educatus est in domo Tiberiana. Audiuit Scaurum grammaticum latinum, Scauri filium: qui grammaticus Hadriani fuit. Graecos, Telephum atque Phertionem, Arpocratonem. Rhetores Apollonium, Celerem Caninum, Herodem Atticum, Latinum Cornelium Frontonem. Philosophos Apollonium & Sextum: hos omnes amauit unice, atque ab his inuicem dilectus est: nec tamen ingeniosus ad literas. Amauit autem in pueritia uersus facere, post orationes, & melior quidem orator fuisse dicitur quam poeta. Imo ut uerius dicam, peior poeta quam rhetor. Nec desunt, qui dicant eum adiutum ingenio amicorum, atque ab alijs ei illa ipsa qualiacunque sunt scripta. Siquidem multos disertos & eruditos semper secum habuisse dicitur. Educatores habuit Nicomedem. Fuit uoluptarius & nimis latus, & omnibus delitijs, ludis, iocis decenter aptissimus. Post septimum annum in familiam Aureliam traductus, Marci moribus & autoritate formatus est. Amauit uenatus, palestras, & omnia

Excercitia.

excercitia iuuentutis. Fuitque priuatus in domo imperatoria, uiginti & tribus annis: qua die togam uirilē Verus accepit. Antoninus Pius ea occasione, qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit, mediusque inter Pium & Marcum idem resedit: cum quaestor populo munus daret. Post quaesturam statim consul est factus cum Sestillo laterano: interiectis annis, cum Marco fratre iterum factus est consul. Diu autē & priuatus fuit, & ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur. Nanque in senatu ante quaesturam sedit. Neque in itinere cum patre, sed cum praefecto praetorij uestus est. Nec aliud ei honorificentiae ad nomen adiunctum est, quam quod Augusti filius appellatus est. Fuit studiosus etiam Circensium haud aliter quam gladiatorij muneris. Hic cum tantis deliciarum & luxuriae quateretur erroribus, ab Antonino uidetur ob hoc retentus, quod eum pater ita in adoptionem Pij transire iusserat, ut nepotem appellaret: cui quantum uidetur, fidem exhibuit, non amorem. Amauit tamen Antoninus Pius simplicitatem ingenij, puritatemque uiuendi: hortatusque est, ut imitaretur & fratrem. De functo Pio, Marcus in eum omnia contulit, participatu etiam imperatoriae potestatis indulto: sibi que consortem fecit, cum illi soli senatus detulisset imperium.

Dato

Dato igitur imperio & indulta Tribunitia potestate, post cōsulatus etiā hono-
rem delatum, Verum uocari præcepit, suum in eum transferens nomen, cū ante
Cōmodus uocaretur. Lūcius quidem Marco uicem reddens si susciperet, obsecu-
tus ut legatus proconsuli, uel præ se imperatori, iam primum, cum Marcus pro
ambobus ad milites est locutus, & proconsulis imperio grauius se ad Marci mo-
res egit, Vbi uero in Syriam profectus est, nō solum licentia uitæ liberioris, sed
etiam adulterijs & iuuentutis amoribus infamatus est. Siquidem tāta luxuriæ
fuisse dicitur, ut etiam postea quā de Syria redijt, popinam domi instituerit,
Ad quam post conuiuium Marci diuertebat, ministrantibus sibi omni genere
turpium personarum. Fertur & nocte perpeti alea lusisse, cum in Syria concepif-
set id uitium: atq; intantum uitiorum Gaianorum & Neronianorū ac Vitelli-
anorum fuisse æmulum: ut uagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obte-
cto capite cucullione uulgari uiatorio, & cōmiseretur cum triconibus, commit-
teret rixas, dissimulans quis esset, sæpēque afflictum liuida facie redisse. Et in
tabernis agnitum cum sese absconderet, iaciebat & nummos in popinas maxi-
mos: quibus calices frangeret. Amauit & aurigas Prasino fauēs: Gladiatorū eti-
am frequentius pugnas in conuiuiis habuit, trahens cœnam in noctē, & in tho-
ro conuiuiali condormiens: ita, ut leuatus cum stromatibus in cubiculum perfer-
retur. Somni fuit permodici, digestionis facillimæ. Sed Marcus hæc omnia quasi
nesciens, dissimulabat rem, pudore illo ne reprehēderet fratrem. Et notissimum
eius quidem fertur tale conuiuium, in quo primum duodecim accubuisse dici-
tur. Cum sit notissimum dictum de numero conuiuuarum, septem conuiuiū, no-
uem uero conuiciū. Donatos autem pueros decoros, qui ministrabant singu-
lis. Donatos etiam structores & lances singulis quibusq; donata & uiua anima-
lia uel cicurum, uel ferarum, auium uel quadrupedum: quorū cibi appositū erāt.
Donatos etiā calices singulis per singulas potioes, Murinos & Crystallinos Alei-
xandrinos, ac quotiens bibitum est. Data etiā aurea atq; argentea pocula & gē-
mata. Coronas quinetiam datas, lemniscis aureis interpositis, & alieni tempo-
ris floribus. Data & uasa aurea cum unguētis ad speciem Alabastrorum. Da-
ta & uehicularum cum mulabus, ac mulionibus cum iuncturis argenteis: ut ita de cō-
uiuio redirent. Omne autē conuiuiū æstimatum dicitur sexagies centenis mili-
bus H.S. Hoc conuiuium posteaq; Marcus audiuit, ingemuisse dicitur & do-
luisse publicū fatum. Post conuiuiū lusum est tessaris usq; ad lucē. Et hæc quidē
post Parthicū bellum, ad quod eum misisse dicitur Marcus: ne uel in urbe
ante oculos omnium peccaret, uel ut parsimoniā peregrinatiōe addisceret, uel ut
timore bellico, emendatior rediret, uel ut se imperatorem esse cognosceret. Sed
quantum profecerit, cū alia uita, tum hæc quam narrauimus cana monstrauit.
Circensium tantam curam habuit, ut frequēter prouincialibus literas causa Cir-
censium & miserit, & acceperit. Deniq; etiā præsens & cum Marco sedens, mul-
tas à Venetianis est passus iniurias: quod turpissime contra eos faueret. Nā &
uolucris equo Prasino aureū simulacrū fecerat, quod secū portabat. Cui quidē
passas uuas & nucleos in uicē hordei in præsepe ponebat, quē sagis fūco tinctis
coopertum

Tricones,

Patio,

Lemnisci,

In uicem, p
loco,

Brauiâ.
Parſimani.

coopertum, in Tiberiana ad ſe adduci iubebat. Cui mortuo, ſepulchrū in Vati-
cano fecit. In huius equi gratiam, primum cœperūt equi aurei uel brauiâ poſtu-
lari. In tanto autem equus ille honore fuit: ut ei à populo Parſimanorum ſape
modius aureorum poſtularetur. Profectum eum ad Parthicū bellum, Marcus
Capuam profectus eſt. Cuncq; inde per omnium uillas ſe ingurgitaret: morbo
implicitus, apud Canuſium ægrotabat: quo ad eum uiſendum frater contendit.
Multa in eius uita, ignaua & ſordida, etiam belli tempore deteguntur. Nam cū
interfecto legato, caſis legionibus Syrijs defectionē cogitantibus, oriens uaſta
retur: ille in Apulia uenabatur: et apud Corinthū & Athenas inter ſymphoni-
as & cantica nauigabat, Et per ſingulas maritimas ciuitates Aſiæ, Pamphiliæ,
Ciliciæq; clarioreſ, uoluptatibus immorabatur. Antiochiâ poſtea quàm uenit:
iſe quidē ſe luxuriæ dedit. Duces autem confecerunt Parthicum bellum, Stati-
us Priſcus, & Auidiuſ Caſſiuſ, & Martiuſ Veruſ per quadrienniū: ita ut Baby-
lonem & Mœdiam peruenirent, & Armeniâ uendicarēt: partuſque eſt iſi
nomen Armenici, Parthici, Mœdici, quod etiam Marco Romæ agenti delatū
eſt. Egit autem per quadriennium Veruſ hyemem Laodociæ: æſtatem apud
Dannem: reliquam partem Antiochiæ. Riſui fuit omnibus Syrijs, quorū mul-
ta ioca in theatro in eum dicta extant. Vernas in tridinium Saturnalibus & die-
bus feſtis ſemper admittit. Ad Euphratem tamen impulſu comitum ſuorū ſecū-
do profectus eſt. Ephesuſ etiam redijt: ut Lucillam uxoreſ miſſam à patre Mar-
co ſuſciperet: & iccirco maxime, ne Marcus cum ea in Syriam ueniret, ac flagitia
eius agnoſceret: Nam ſenatuſ Marcus dixerat ſe filiam in Syriam deducturū.
Confecto ſane bello, regna regibus, prouincias uero comitibus ſuis regēdas de-
dit. Romam inde ad triūphum inuitus, quod Syriam quaſi regnū ſuū relin-
queret, redijt, & pariter cū fratre triūphauit, ſuſceptiſ à ſenatuſ nominibus: qua-
e in exercitu acceperat. Fertur præterea ad amiceſ uulgaris arbitriuſ in Syria po-
ſuiſſe barbam. Vnde in eū à Syrijs multa ſunt dicta. Fuit eius fati, ut in eaſ pro-
uincias per quaſ redijt, Romam uſq; luem ſecum deferre uideretur. Et nata fer-
tur peſtilentia in Babylonia: ubi de templo Apolliniſ ex arcula aurea, quam mi-
les forte inciderat, ſpirituſ peſtilenſ euasiſ: atq; inde Parthoſ orberuſq; compleſ-
ſe. Et hoc non L. Veri uitio, ſed Caſſij, à quo contra fidem Seleucia, qua- ut ami-
coſ militeſ noſtroſ receperat, expugnata eſt. Quod quidem inter cæteroſ etiâ
Quadratuſ belli Parthici ſcriptoſ, inſuſcipiſ Seleuceniſ, qui fidē primi ruperant,
purgat. Habuit hanc reuerentiam Marci Veruſ: ut nomina qua- ſibi delata fue-
rant, cum fratre cōmunicaret die triumphi, quem pariter celebrarunt. Reuerſuſ
à Parthico bello, minore circa fratrem cultuſ fuit Veruſ. Nam & libertiſ inhone-
ſtiuſ indulſit, & multa ſine fratre diſpoſuit. Hiſ acceſſit quod quaſi reges ali-
quos ad triūphum adduceret, ſic hiſtrioneſ eduxit è Syria, quorū præcipuſ
fuit Maximuſ, quem Paridiſ nomine nuncupauit. Villam præterea extruxit in
uia Clodiaſ famoſiſſimā, in qua permultoſ dieſ & iſe ingēti luxuria debaccha-
tuſ eſt cū libertiſ ſuiſ & amiceſ paribuſ: quorū præſentia nulla inerat reuerētia.
Et Marcum rogauit, qui uenit, ut fratri uenerabilem morū ſuorū & imitandā
oſtenderet

Diſpoſuit, p
ordinauit.

Famoſuſ, in
bonā partē.

ostenderet sanctitudinē: & quinque diebus in eadē uilla residens, cognitionibus
 continuis operam dedit, aut conuiuante fratre, aut conuiuia comparante. Ha-
 buit Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memphi, quem & ipsum
 ē Syria uelut trophæum Parthicum adduxerat: quē Apolaustum nominauit.
 Adduxerat secum & fidicinas, & tibicines, & histriones, scurrasq; mimaritos, &
 præstigiatores, & omnia mæcipiorum genera, quorum Syria & Alexandria pa-
 scitur uoluptate: prorsus ut uideretur, bellum nō Parthicū, sed Histrionicū con-
 fecisse. Et hæc uitæ diuersitas, atq; alia multa, inter Marcū & Verum simulates
 fecisse, non aperta ueritas indicabat, sed occultus rumor feuerat. Verū illud præ-
 cipuum, quod cum Libonem quendam patruelem suū Marcus legatum in Sy-
 riā misisset: atq; ille se insolentius quàm uerecundius Senator efferret, dicens ad
 fratres suos scripturū esse, si qd forte dubitaret, nec Verus præsens pati posset:
 subitōq; morbo notis propè ueneni existentibus interisset: uisum est nonnullis
 non tamē Marco, quod eius fraude putaretur occisus. Quæ res simulatū auxi-
 rumorē. Liberti multū potuerunt apud Verū, ut in uita Marci diximus, Gemi-
 nas & Agaditus, cui dedit inuito M. Libonis uxorem. Deniq; nuptijs ab Hero
 celebratis, Marcus cōuiuio interfuit. Habuit & alios liberos Verus improbos,
 Cœdē, & Tedetum, cæterosq; quos omnes Marcus post mortē Veri, specie ho-
 noris abiecit, Eulecto retento: qui postea Commodum filium eius occidit. Ad
 bellum Germanicum Marcus quod nollet Lucium sine se uel ad bellum mitte-
 re, uel in urbe dimittere causa luxuriæ: simul profecti sunt, atq; Aquileiam uene-
 runt: inuītōq; Lucio alpes transgressi: cum Verus apud Aquileiam tantum ue-
 ctatus, conuiuatusq; esset, Marcus autē omnia prospexisset (de quo bello quid
 per legatos Barbarorum pacem petētium: quid per duces nostros gestum est,
 in Marci uita plenissime disputatum est) composito autem bello in Pannonia,
 urgente Lucio Aquileiā rediret, quod urbanas desyderabat Lucius uoluptates,
 in urbē destinatus est: sed non longe ab Altino subito in uehiculo morbo quē
 Apoplexin uocāt corrept⁹ Lucius, depositus ē uehiculo, detractō sanguine, Al-
 tinū perductus, cū triduo mutus uixisset, apud Altinū periit. Fuit sermo quod
 & socrū Faustina incestasset. Et dicitur Faustinae fœcus dolo, aspersis ostreis ue-
 neno extinctus esse: idcirco quod consuetudinem quam cum matre habuerat,
 filia prodidisset: quāuis & illa fabula quæ in Marci uita posita est, abhorrens
 à talis uiri uita sit exorta: cum multi etiam uxori eius, flagitiū mortis assignent:
 idcirco quod Fabia nimiū indulserat Verus, cuius potētia uxor Lucij uel Mar-
 ci ferre non posset. Tanta sanè familiaritas inter Lucium & Fabiam sororē fuit:
 ut hoc quoq; usurpauerit rumor, quod inierint cōsiliū ad Marcū ē uita tollen-
 dum. Idq; cum esset per Agaditum libertum proditum Marco, ante aduētum
 Lucij Faustina præuenerat. Fuit dedecorus corpore: uultu gēmat⁹: barba pro-
 pè barbarice demissa procerus: & frōte in supercilia adductiore uenerabilis. Di-
 citur sanè tantum habuisse curam flauētium capillorum, ut capiti auri roramen-
 ta respargeret, quo magis coma illuminata flauesceret. Lingua impeditior fuit.
 Aleæ cupidissimus: uitæ semper luxuriōsa, atq; in pluribus Nero, præter crude-
 litatem

Sanctitudo.

Insolētius q̄
 uerecūdius.

Altinum.

Illuminare.

u litatem

litatem & ludibria. Habuit inter alium luxuriæ apparatus calicem Crystallinū nomine Volucrum, ex eius equi nomine quem dilexit, humanæ potionis modum supergressum. Vixit annis quadragintaduobus. Imperauit cum fratre annis undecim. Illatumq; eius corpus est Hadriani sepulchro: in quo & Caesar pater eius naturalis sepultus est. Nota est fabula, quā Marci non capit uita: quod partem uulua ueneno illitam, cum eam execuisset, cultro una parte ueneno Marcus Vero porrexit: sed hoc nefas est de Marco putari, quæuis Veri & cogitata & facta mereatur: quod nos nō in medio relinquimus, sed totam purgatam confutataq; respuimus. Cum adhuc post Marcū, præter uestram clemētiam Diocletiane Auguste, imperatorē talē nec adulatio uideat potuisse cōingere.

Vestrā, cum
uni scribat.

AELII SPARTIANI

DIDIUS IULIANVS

AD DIOCLETIANVM
AVGVSTVM.

Pro culpā, cu
ram opinor
legendum.

DIDIO IULIANO, qui post Pertinacē imperium adeptus est: proauus fuit Salbius Iulianus, bis cōsul, præfectus urbi, & iuriscōsultus: quod magis eum nobilem fecit. Mater Clara Aemilia. Pater Petronius Didius Seuerus. Fratres Didius Proculus, & Numerius Albinus. Auunculus Saluius Iulianus. Auus paternus, Insubris Mediolanensis. Maternus ex Adruentina colonia. Educatus est apud Domitiam Lucillam, matrē Marci imperatoris. Inter uiginti uiros electus est suffragio matris Marci. Quæstor ante annū quā legitima ætas sinebat, designatus est. Aedilitatem suffragio Marci cōsecutus est. Prætor eiusdē suffragio fuit. Post præturam legioni præfuit. In Germania uicesimæ secundæ primigeniæ, inde bellicam sancte ac diu rexit. Ibi Cauchis Germaniæ populis qui Albim fluuiū accolebant erūpentibus, restitit tumultuarijs auxilijs prouincialium, ob quæ consulatum meruit testimonio imperatoris. Catos etiā debellauit. Inde Dalmatiam regendam accepit, eamq; à cōfinibus hostibus uindicauit. Post Germaniā inferiorem rexit. Post hoc culpam alimentorū in Italia meruit. Tunc factus est reus per quendam Seuerum clarissimū militem cōiurationis cum Saluio cōtra Commodū: sed à Cōmodo, quia multos iam Senatores occiderat, & quidē nobiles ac potentes in causis maiestatis: ne tristius grauaretur, Didius liberatus est, accusatore damnato. Absolutus, iterū ad regendam prouinciam missus est. Bithyniā deinde rexit: sed nō ea fama, qua cæteras. Fuit consul cum Pertinace, & in procōsulatu Africæ eidem successit, & semper ab eo collega est & successor appellatus: maxime eo die, cum filiā suam Iulianus despondens affini suo, ad Pertinacē uenisset, idq; intimasset, dixitq; debita reuerentia, quia collega